

David Heinrich Köpken

**David Henricus Koepkenius, Philos. & Theol. Doct. & Prof. ... Memoriam ...  
Dorotheae Agnetae Mulleriae, cujus exuvias Moestissimus Viduus, Vir ... Dn.  
Carolus Arndius, Phil. Mag. & Hebr. Lingv. atq[ue] Catech. Christ. Duc. Prof. Publ.  
... Anno M DCC XX. die 13. Maji, Gustrovium ... curabit, O. O. Civibus Academiae  
... voluit**

Rostochii: Weplingius, 1720


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn768235480>

Druck Freier  Zugang




Koepken, D. H.,  
in  
D. A. M u l l e r,  
uxor. C. Arnd.  
Rostock, 1720.

ca







# DAVID HENRICUS KOEPKENIUS,

Philos. & Theol. Doct. & Prof. Duc. Publ. Ordin.  
Universitatis Rostoch. h. t. RECTOR,

## MEMORIAM

*PRAE-NOBILISS. variaque VIRTUTE  
ORNATISSIMAE FOEMINAE,*

# DOROTHEAE

# AGNETAE

# MULLERIAE,



cujus exuvias  
MOESTISSIMUS VIDUUS,

*Vir Praenobil. Ampliss. atq; Excellentissimus;*

# DN. CAROLUS ARNDIUS,

Phil. Mag. & Hebr. Lingv. atq; Catech. Christ. Duc. Prof.  
Publ. & Ord. longe celeberrimus,

*Anno M DCC XX. die 13. Maji, Gustavoium ad hereditarium suum monu-  
mentum deferri, ibique condi curabit,*

O. O. CIVIBUS ACADEMIAE,

Scripto hoc Programmate, de meliori commendare,  
& ad sollicitas vitae rationes incundas, crebrasque mortis  
meditationes excitare voluit.

ROSTOCHII, Typis Joh. Weppingii, SEREN. PRINC. & ACAD. Typogr.



## Nondum integri mensis

spacium effluxit, quo ad Rectoratum Academiae hujus gerendum, oblatos fasces accepi, & prima statim scriptione, funebria iusta significandi tristissima offertur occasio. Scilicet, qui omnibus vitam, felicitatem & prosperitatem quamvis toto pectore apprecor,

& votis omnibus conciliare annitor, en ingens vulnus Honoratissimae Familiae, inconsolabilem luctum Aestimatissimi Collegae, & maestissimum funus Nobilissimae, omniqve virtutum decore ornatissimae Foeminae, non sine magno meo ipsius mœrore, cogor denunciare. Adeo fluxa & fragilis hominum est conditio, ut non modo mortis certitudo iis incumbat, & moriendi necessitas: sed & varia ætate, variaqve ratione ex hac vita discedant, &, quo vel majorem præclaræ indolis spem ostenderunt, vel clariora magnæ virtutis jam dederunt experimenta, eo majori discessu suo dolore aliorum animos divellant & lacerent. Compertum id omnibus erit, qui mortuorum fata per transfennam modo aspexerint. Alias res suas ætates habere videmus, ut natae vigeant, floreat, ac maturescant, & ingravescente senecta demum deflorescant & concidant: sed hominum vitæ terminos longe alia ratione definiri, nec ullam iis inesse æqualitatem, observamus. Alii enim in lucem nondum editi, cum vivendi initium in matris utero vix fecissent, antea, quam in hominum aspectum efferantur, immatura morte vitam statim finiunt; alii paucorum vel dierum, vel annorum ætate peracta, intereunt; alii viridi & florente ætate, in medio vitæ cursu decedunt; alii deniqve, & paucissimi quidem, vivendi satietate naturam explent: & sic varia ætate homines, modo

modo longius, modo brevius vitæ spacium emensi, viri  
fœminæ mortem obeunt. Præterea quoque novo sem-  
per experimento discimus, non uno omnes mortis ge-  
nere exstingvi, sed innumeris viis ad tumulum perve-  
niri, & cum omnia, quæ hæc rerum universitas com-  
prehendit, ad inferendam mortem idonea sint, eas etiam  
naturæ vires, quas ad propagandum & conservan-  
dum genus humananum exserit, sæpius mortalem  
vitam intercludere. Et hoc ipsum in primis in sequi-  
ori sexu locum habere, omnes facile concedent, qui  
frequentissimos earum casus animadverterint, quæ  
cum uteri difficultatibus aliquamdiu affectæ essent, feli-  
ci partu in securum salutis portum pervenire sperarunt  
quidem, sed vel dum fœtum excluderent, simul ipsam  
animam excluferunt, vel eas in partu imbecillitates con-  
traxerunt, ut non longe post animam efflarint.

Magnam eorum, quæ scripsi partem præsens, quod adest,  
utinam non adesset! comprobat exemplum Nobilissi-  
mæ & multo præstantissimæ fœminæ **DORO-**  
**THEÆ AGNETÆ MULLE-**  
**RIÆ.** Felicem omnes arbitrabantur *Præ-No-*

*bilissimum Ampliss. atque Excellentiss.*

**DN. CAROLUM ARNDIUM,**  
*Philos. Mag. & Hebraicæ Lingu. pari-*

*ter ac Cateches. Christian. in hac Alma*

*Professore Ducalem, Publicum & Ordi-*

*narium, longe celeberrimum, Collegam*  
*ac Amicum meum Honoratissimum,*  
& verissime quoque magna gaudebat felicitate, quod  
Illius



Illius in conjugiali societate largissimis, suavissimisqve  
frui posset amoribus : verum, eheu! dum ætate vire-  
bat, & vires animi ac corporis ad multa annorum lustra  
sufficere videbantur, concidit, & exspiravit. Super-  
verat illa acerbissimos partus dolores, & a periculis  
eam ambeuntibus, dum foetu exanimi uterus exsolutus  
esset, penitus liberata videbatur, jucundissimaqve spes  
affulgebat, fore, ut corpus enitendi conatu debilitatum  
paulatim reficeret, & impensas vires breviresarciret, cum  
præter spem omnium & opinionem, extrema appropin-  
quante hora, lethali frigore membra solverentur, artus-  
qve Spiritus desereret, & sic vita defungeretur. Adest  
in genio hoc funere apertissimum ætatis discrimen;  
adest & diversa moriendi ratio; Sed simul adest in eo  
præsentissima in eas meditationes veniendi, iisque in-  
hærendi occasio, quam facile pari ratione anni nostri, in  
medio cursu, improvisa morte abrumpi queant, vitaqve,  
si non hac ratione, multis tamen aliis modis suffocari  
possit; ut hinc ita vivere studeamus, quo fatale illud tem-  
pus, quod DEUS O. M. sapientissimus ille rerum huma-  
narum arbiter, vitæ nostræ statuit, parati expectemus,  
atqve ex ærumnosa hac vita, velut ex æstuante gravissi-  
misq; periculis nos cingente mari, in exoptatam tranqvil-  
litate beate quondam discedamus, & ad communia o-  
mnibus, diversa licet ætate, & varia ratione, at pie tamen,  
de mortuis gaudia, perfectissimamq; in omnem æterni-  
tatem duraturam felicitatem evocemur & recipiamur.  
Et illius quidem jam nunc facta est particeps, quæ vivere  
proxime desit, præstantissima ARNDIA. Nec alium et-  
iam vitæ finem habere potuit, cum per omne illius spa-  
cium in eam curam incubuerit, ut curriculum suum fe-  
liciter absolveret. A præclaris certe parentibus non  
solum sanguinem traxerat, sed insignes quoque multas  
hauserat virtutes, ita, ut, cum aspectabili corporis  
forma

forma' omnium oculos pasceret, sincera pietate, & singulari modestia, castitate, nec intermissa unquam rei familiaris cura, aliisque suum sexum decorantibus virtutibus. cunctis sese mirum in modum commendaret, & imprimis dilectissimo marito, qui jactura conjugis multo amantissimæ tanto gravius modo percussus est, & hinc eo majorem lacrymarum copiam effundit, mille commoda pararet. Prolixius autem, de vita beate DEFUNCTÆ laudabiliter gesta, testimonium ferent, quæ eum in finem Amici ejusdam manu consignata, prouti exhibita fuerunt, nunc statim subjiciam.

Præmaturè denata, at DEO, cui nata, & à quo mundo data erat, reddita, natalem suum habuit in Salinis, quas Sülztio, Megapolitanæ urbi, provida natura vicinas esse voluit, circa Festum Johannis anni supra millesimum ac sexcentessimum octogesimi primi.

Patrem per omnem vitam venerata est Virum solidâ pietate, prudentia, fide, ac candore nemini secundum DN. VALENT: MOELLERUM, Serenissimorum Ducum Mecklenburgensium DN.

**GUSTAVI ADOLPHI & FRIDERICI WILHELMI,**

æternæ gloriæ ac memoriæ Principum, ac tandem Serenissimi Hujus Fratris DN. **CAROLI**

**LEOPOLDI,** Ducis nostri, hodie adhuc, largiatur DEUS, diutissime & augustissime, Regnantis, longe Clementissimi, Salinarum memoratarum Inspectorem, nunc prædii Lüssau prope Strallundium Admodiorem laudatissimum.

Matrem coluit privum Sexus ac Seculi sui ornamentum DN. AGNETAM SCHERTLINGIAM.

Avus Paternus ipsi contigit Vir Amplissimus

A 3 &

& Spectatiffimus DN. VALENT. MOELLERUS  
Districtus Sverinensis Præfectus fideliffimus.

Avia Paterna extitit fœmina egregiis virtuti-  
bus coruscans, DN. ELISABETHA PETRI.

Avo Materno gavisa est Viro Illustri ac Excellen-  
tiffimo Dn. JACOBO SCHERTLINGIO, Jcto Con-  
summato ac Sereniff. qvondam nostri Ducis DN.

**GUSTAVI ADOLPHI**, Principis  
omni elogio majoris, Consiliario Aulæ Eminentiffimo.

Aviam Maternam nacta DN. ANNAM MARIAM  
ob raras virtutes post lata superstitem, Prænobiliff. DN:  
BECMANNI Ejusdem jam altè morati Ducis Aulæ qvon-  
dam Secretarii Graviffimi, Natam.

Proavus Paternus laudatur Vir Summe Reveren-  
dus, Prænobiliffimus ac Excellentiffimus DN. PETRUS  
MOLLERUS JG. edecumatus, ac Capituli Ducalis S.  
BLASII, qvod Brunsvigiæ floret, Canonicorum Senior  
celeberrimus.

Proavia Paterna fuit Nobiliff. ac Splendidiff. Dn:  
ANNA ELISABETHA JUNCKHERREN.

Proavum Maternum habuit Virum integerrimum  
DN. PETR. SCHERTLINGIUM Civem ac Oenopolam  
Hamburgensem solertiffimum.

Proaviam Maternam accepit Fœminam virtutum  
laude condecoratiffimam DN. ELISABETHAM BECKE-  
MANNIAM.

Non difficile foret numerosiorem Beatæ Majo-  
rum, Honoribus juxtim ac virtutibus insignium, Sylla-  
bum percensere; verùm hæc ex inveterata consvetudi-  
ne, quæ pro lege custoditur, adduxisse, sufficit.

Diem 24. Nov. A. 1707. Divina sapientia alterum  
Beatæ fœderalem diem constituit, quo fidem dedit con-  
jugalem CAROLO ARNDIO, Hebr. L. & Catech. Christ.  
in Almâ hac Prof. Duc. P. Viduo nunc luctu merlo,

Qvem

Quemadmodum verò DEI Nostri viæ imper-  
scrutabiles sunt, ita & manus Ipsius plasticæ in-  
tra undecim annorum decursum non placuit de  
Tori pignoribus providere. Quibus verò trans-  
actis exuberans in suos Gratia divina, in solamen, gau-  
dium & Nominis memoriam Conjugibus die 11. Febr.  
1718. concedidit deditque Filiolam dulcissimam, (quam  
Gratia divina ut clypeus circumdet,) cui nomen CA-  
THARINÆ AGNETÆ fœdus baptismale in me-  
moriam revocat.


De pietate & virtutib<sup>9</sup> Beatæ vita & facta loqvuntur.  
Hoc tamen ad laudem Ejus, reticendum non est, plerosq;  
sermone ecclesiasticos in cœtu Sacro publico ab ea exce-  
ptos, domi chartæ mandatos, ac subinde repetitos esse.


Mortem, quæ die 3tio mensis hujus tertiam circâ  
matutinam secuta, perdifficilis partus filioli accelera-  
vit, quem cum angoribus & doloribus exquisitissimis  
mortuum die 24. April. edidit. Saluberrima ac conven-  
ientia media eaqve medica propinavit quidem Vir  
Prænobilissimus, Excellentissimus atqve Experientissi-  
mus, DN. JOANNES LUDOVICUS SCHAPERUS,  
Medicinæ Doctor longè Celeberrimus & Practicus longe  
felicissimus, quæ verò, DEO ita disponente, hujus non  
debuerunt esse virtutis, ut malum cum symptomatibus  
variis, iisque periculosis conjunctum depellere & Sa-  
nitati ac vitæ B. N. restituere potuerint, aut impedire,  
quo minùs morbus adeò invaluerit, ut terminum  
tæ ex inexhausta DEI providentiâ præmaturâ  
quadam ratione attulerit. Et hætenus quidem illa.  
Excessit ergo è viventium numero ARNDIA nostra sed  
ita excessit, ut instabilem miseræ hujus vitæ sortem, cum  
melioris vitæ constantia, ut innumeras, quibus, dum hic vi-  
veret, circum septa fuit, ærumnas, & sollicitudines. quem  
admodum piis votis suis id dudum flagrantissime desidera-  
vit,

vit, cum æternæ felicitatis solatiis commutarit. Abeunte vero sic ad beatissimos cœli incolas, quam ingenti dolore, derelictus in vacuo, oro Viduus circumfusus sit, facile omnes judicabunt, qui eum conjugis suæ incomparabili blanditiarum dulcedine, singulari morum gratia, multo prudente consilio, curis, auxilio, aliisque pluribus dotibus, quarum in illa, quousque viveret, particeps erat, nunc privatum esse intelligunt, inprimis vero illi judicabunt, qui amabilissimi conjugialis vinculi intermissionem, ipsimet aliquando perpeffi fuerunt. Quanta etiam toti splendissimæ Familiæ, insignis hujus sui ornamentum jactura, vulnera incussa fuerint, obscurum illis esse non potest, qui ad suspiria, gemitus, querelas hinc inde emissas, & lacrymarum rivus, ex oculis largissime fluentes, aures oculosque converterit. Nemo omnium illis, quod justo dolore dilectissimæ suæ DOROTHEAE AGNETAE, funera prosequantur, vitio vertere potest; quin potius, *Cives Academia Honoratissimi*, omnes in societatem tristitiæ venimus, & formolum illud mulierum decus, magnumque virtutis exemplum oculis jam dum subductum esse una conquerimur. Attamen sit etiam modus doloris. Qui ut eo melius teneatur, Deum, qui inexhaustus plenissimi solatii fons est, submisse venerabimur, ut miseranti suam fortunam Viduo fortissima suggerat remedia, quibus inflictus illi dolor placidissime leniatur, minuatur; ut omnia lugentium vulnera felicissime sanet; ut, quicquid ad compensandam gravissimam hanc jacturam aliquid conferre potuerit, spectatissimæ Familiæ affluentissime concedat. Quod superest, deferendo Gustavo iam exanimò corpori tranquillam Omnes precabimur quietem; & quantum ad nos Ipsos pertinet iis gradibus in vita progredi studebimus, ut beatum ejus olim etiam habeamus exitum. Valete Omnes!


*Dat. die XI. Maji, Anno MDCCXX, & Publ.  
sub Sigillo Rectorali.*













**N**ondum integ

spacium effluxit, q  
tum Academiae huj  
oblatos fascēs accep  
tim scriptione, fune  
ficandi tristissima o  
Scilicet, qui omnib

citatem & prosperitatem quamvis toto pe  
& votis omnibus conciliare annitor, en  
Honoratissimæ Familiæ, inconsolabilem  
matissimi Collegæ, & mœstissimum funus  
omniqve virtutum decore ornatissimæ For  
magno meo ipsius mœrore, cogor denun  
fluxa & fragilis hominum est conditio,  
mortis certitudo iis incumbat, & morie  
sed & varia ætate, variaqve ratione ex  
dant, & qvo vel majorem præclaræ indol  
derunt, vel clariora magnæ virtutis jam  
perimenta, eo majori discessu suo dolore  
mos divellant & lacerent. Compertun  
erit, qui mortuorum fata per transfennan  
xerint. Alias res suas ætates habere vid  
vigeant, floreat, ac maturescant, & ing  
necta demum deflorescant & concidant  
num vitæ terminos longe alia ratione del  
lam iis inesse æqvalitatem, observamus.  
lucem nondum editi, cum vivendi initi  
utero vix fecissent, antea, quam in homin  
efferantur, immatura morte vitam statim  
paucorum vel dierum, vel annorum ætat  
tereunt; alii viridi & florente ætate, in m  
su decedunt; alii deniqve, & paucissimi qv  
satieta naturam explent: & sic varia æt

Copyright 4/1999 by XyMaster GmbH www.xy-master.com

Vierfarbselector Standard - Euroskala Offset

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 W X Y Z

A B C D E F G H I J K L M N Focus O Balance Q R S T U V

modo longius, modo brevius vitæ spacium emenſi, viri  
 foeminæ mortem obeunt. Præterea quoque novo ſem-  
 per experimento diſcimus, non uno omnes mortis ge-  
 nere exſtingvi, ſed innumeris viis ad tumulum perve-  
 niri, & cum omnia, quæ hæc rerum univerſitas com-  
 prendit, ad inferendam mortem idonea ſint, eas etiam  
 naturæ vires, quæ ad propagandum & conſervan-  
 dum genus humanum exierit, ſæpius mortalem  
 vitam interclaudunt. hoc ipſum in primis in ſequi-  
 ori ſexu loquor, quæ omnes facile concedent, qui  
 frequenter animadverterint, quæ  
 cum diu affectæ eſſent, felici-  
 ter pervenire ſperarunt  
 erent, ſimul ipſam  
 becillitates con-  
 ſarint. Ma-  
 ſ, quod adest,  
 mplum Nobiliſſi-  
 eminæ **DORO-**  
**Æ MULLE-**  
 es arbitrabantur *Præ-No-*  
*biliſſ. atque Excellentiff.*  
**DN. JOHANNES ARNDIUM,**  
*Philos. Mag. & Hebraicæ Lingv. pari-*  
*ter ac Catecheſ. Chriſtian. in hac Alma*  
*Profefſorem Ducalem, Publicum & Ordi-*  
*narium, longe celeberrimum, Collegam*  
*ac Amicum meum Honoratiſſimum,*  
 & veriffime quoque magna gaudebat felicitate, quod  
 illius

